

Electronic Manipulus florum Project  
www.manipulusflorum.com

Predicacio bf  
cum uariis

Predicator non in uerborum splendore, sed in operum uirtute totam predicandi fiduciam ponat, non uocibus delectetur populi clamantis sed fletibus, nec plausum a populo studeat expectare sed gemitum. Lacrimas quas uult a suis auditoribus fundi ipse primitus fundat, et sic eos compunctione sui cordis accendat.

Prosper ibidem. [libro I. de uita contemplatiua]

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

splendore] splendorem L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; expectare sed gemitum. Lacrimas] expectare. Si gemitum lacrimasque P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; Prosper *om.* P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>